

ma pramissis eidem Nicolao, & Michaeli personaliter, & aliis interesse habentibus, seu habere prætendentibus quibuscumque per proclama, & per affixionem intimata, lapsoque prædicto termino peremptorio in eadem monitione præfixo, visisque Constitutionibus prædicti Ordinis, rebusque exhibitis, & aliis videndis, consideratisque considerandis post maturam, & exactam totius negotii cognitionem, & discussionem inter eos habitam de, & super præmissis omnibus, ad earumdem Literarum præscriptum plenam Nobis etiam antea informatis a prædicto Hieronymo Cardinali Verospro dicti Ordinis Comprotektore de expositis a quibusdam Provincialibus, occasione protestationis sub die decimaseptima præsentis mensis in actis exhibitæ relationem fecerunt.

Depositionem
P. Raulphi ele
ctionemque al
terius irritat.

§.3. Qua relatione audita, Nos motu proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine præsentium tenore, depositionem, amotionem, seu abolitionem prædicti Nicolai a Magistro Generali dicti Ordinis factam in prædicto asserto Capitulo generali fuisse, & esse nullam, & invalidam, nulliusque roboris, vel momenti, ac nulliter, & invalide factam; perindeque electiones factas in Magistrum Generalem ejusdem Ordinis fuisse, & esse nullas, & invalidas, nulliterque, & invalide factas, & quæcumque exinde sequuta itidem fuisse, & esse nulla, & invalida decernimus, & declaramus, eisdemque Michaeli, & Thomæ, ac aliis quibuscumque super omnibus, & singulis præmissis perpetuum silentium imponimus, ipsisque Michaeli, & Thomæ interdiximus, & inhibemus, ne audeant, nec quilibet ipsorum audeat se in gubernio, & administratione Magistro Generali dicti Ordinis, competente, illiusque exercitio quomodolibet ingerere, nec se Magistros Generales prædicti Ordinis nominare, neque ullos actus superioritatis, jurisdictionis, antelationis, prærogativæ, facultatis, & præminentie Magistri Generalis ejusdem Ordinis tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia, & aliâs quoquo modo facere, aut exercere sub excommunicationis majoris, privationisque vocis activæ, & passivæ, ac officiorum quorumcumque, & perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, eo ipso absque alia declaratione incurrendis poenis, aliisque arbitrio nostro imponen., & amplian. etiam personalibus.

Clas ad
dit.

§.4. Decernentes prædictas nostras literas tam præinsertas, quam in eis relatas, ac præsentis de subreptionis, obreptionis, ac nostre intentionis defectu ex quacumque ratione, vel causâ, & aliâs quomodolibet ex quovis defectu, quarumcumque juris, ac ejusdem Ordinis solemnitatum etiam substantialium a prædictis, & quibuscumque aliis etiam prætextu, quod non fuerint citati, nec auditi, impugnari, in controversiam adduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in inte-

grum, & quodvis aliud juris, facti, vel gratia remedium impetrari, seu etiam motu simili concessio quempiam in Judicio, vel extra illud uti unquam posse. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales etiam de latere Legatos, ac quosvis alios quacumque auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter declarandi, interpretandi, definiendi, & judicandi facultate semper, & ubique declarari, interpretari, definiiri, & judicari debere, ac irritum & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

Contraria tol
lit.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis Universalibus, & generalibus editis, necnon Ordinis prædicti Statutis, Constitutionibus, earumque declarationibus a quocumque, & quomodocumque factis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, & quatenus foret opus Nostra, & Cancellaria Apostolica regula de jure quæsito non tollendo, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, ac etiam pluries innovatis, usibusque, & consuetudinibus, etiam diuturnis, & immemorabilibus, ac etiam, ut præfertur, confirmatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & in verbum insertis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

Præservat cau
sam pendenti,
& deputati a se
comprotektoris
auctoritatem.

§.6. Non intendimus autem per præsentis in aliquo præjudicare causæ, & judicio pendenti coram Judicibus aliâs per Nos deputatis contra prædictum Nicolaum, nec administrationi, & gubernio dicti Ordinis a Nobis commisso eidem Antonio Cardinali Protektori, seu prædicto Hieronymo Cardinali Comprotektori, nec suspensioni ejusdem Nicolai ab exercitio regiminis, & administrationis officii Magistri Generalis aliâs facta.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die 20. Martii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

Datum die 20.
Martii 1643.
An. XX.

DCCXLV.

Pro tollenda controversia inter Fratres Minores Conventuales, & Minores de Observantia S. Francisci circa elemosynas Cappellæ de Portiuncula nuncupate, erogari solitas.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Domini Nostri Jesu Christi, qui charitas est, & Deus pacis, vices, meritis

Prosumum.

tis licet imparibus, agentes in terris, inter multiplices apostolica servitutis curas, quibus assidue premimur, in eam peculiari studio incumbimus, ut Christianifideles, qui in sortem Domini vocati, ejus obsequiis sese voluntaria devotione manciparunt, sublati quibuscumque perturbationibus, in spiritu veritate reddant abundanter Altissimo fructus suos, & ne aliis, quorum est evangelizare pacem, illa cum infirmiorum scandalo, exulare cernatur, eaque de causâ dissensiones, quæ inter ipsos oriri possent, amovere studemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Motiva.

§.1. Cum itaque, sicut non sine animi nostri molestia accepimus, in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum Assisensis Diocesis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, die 1. Augusti quotannis, qua occasione Indulgentiæ visitantibus Ecclesiam hujusmodi a secundis Vesperis ejusdem diei concessæ, tam Fratres Minores de Observantia, quam Conventuales nuncupatos dicti Ordinis ad eandem Ecclesiam convenire moris est, multa perturbationes, non sine gravi fidelium offendiculo, passim accedere consueverint, ratione elemosynarum, que a Christi fidelibus Capellæ de Portiuncula vulgo nuncupate, in Ecclesia prædicta sitæ erogari contingit, & quæ a fel. record. Nicolao IV. & V. aliisque Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris fuerunt Fratribus Conventualibus Conventus S. Francisci Civitatis Assisensis prædictis reservatæ.

Pont. transfer
jus elemosy
ne ad observan
tes.

§.2. Hinc est, quod Nos omnem inter Fratres prædictos eam ob rem diffidiorum, que ejusdem Regulæ Professores summo pere dedecet, materiam, illo præsertim tempore, quo populus christianus ad Ecclesiam prædictam magno undique fluit numero, quantum cum Domino possumus, e medio tollere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, harum serie perpetuo statuimus, volumus, & ordinamus, ut deinceps Fratres Conventuales prædicti nullum omnino jus in colligendis, & percipiendis elemosynis hujusmodi amplius habeant, sed tam illæ, quas durante tempore Indulgentiæ prædictæ, prima videlicet, & secunda Augusti diebus quotannis, quam aliæ elemosynæ, quas reliquo anni tempore Cappellæ prædictæ, seu in illa fieri, & erogari contigerit, in commodum, & utilitatem Fabricæ Ecclesiæ, ac usus Conventus S. Mariæ Angelorum hujusmodi integre cedant, applicentur, & impendantur. Nos enim ex nunc omne jus, quod Fratribus Conventualibus ad elemosynas hujusmodi quomodolibet competeat, ab illis penitus abdicamus, illudque totum in Fratres Conventus S. Mariæ Angelorum prædicti pro Fabrica Ecclesiæ, & usibus ipsius Conventus transferimus, & abdicatum, & translatum respective fore, & esse decernimus.

§.3. Viceversa vero in præmissorum compensationem volumus, ut a dictis Fratribus Conventus S. Mariæ Angelorum semel, & pro una vice tantum, ex prædictis, seu aliis elemosynis duo millia scutorum monetæ romanæ, penes Montem Pietatis Civitatis Assisensis deponenda, & inde non amovenda, nisi ad effectum illa in tot bonis stabilibus, aut locis Montium Cameræ Apostolicæ non vacabilium, ad commodum, favorem, & utilitatem ejusdem Conventus S. Francisci Civitatis prædictæ investendis Fratribus Conventualibus hujusmodi solvantur.

In compensa
tionem Obser
vantes pro una
vice tantum dare
debet Conventu
alibus 2000.
sc. mon.

§.4. Insuper, ut inter Fratres utriusque Conventus hujusmodi mutua charitas confortetur, earumdem tenore præsentium præcipimus, ut quoties, & quando initio Augusti Indulgentiæ prædictæ in d. S. Mariæ Angelorum Ecclesia, ut assolet, collocanda, seu publicanda erit, Fratres dicti Conventus S. Mariæ Angelorum, se ad Ecclesiam Conventus ejusmodi S. Francisci Assisensis, unde inchoatur Processio, opportuno tempore conferre, & inde processionaliter ad dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum procedere, Fratresque ejusmodi Conventus S. Francisci illos benigne, & amanter excipere, & eorum humanitate allecti Fratres Conventus S. Mariæ Angelorum hujusmodi eos pari charitatis affectu, in suis Ecclesia, & Conventu excipere respective teneantur.

Processio incho
anda est in Ec
clesia S. Fran
cisci.

§.5. Decernentes præsentis literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut alio quovis, quantumlibet magno, & substantiali defectu, vel etiam enormis, & enormissimæ læsionis, aut alia quacumque causâ, occasione, prætextu, colore, & capite, etiam in corpore juris clauso, annotari, impugnari, rescindi, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illa aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, restitutionis in integrum, vel aliud quodvis juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut sic impetrato, vel etiam motu simili concessio, quemquam in judicio, vel extra uti, seu se juvare nullatenus posse, ac eandem præsentis cum omnibus, & singulis in eis contentis semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & a Fratribus prædictis, nunc & pro tempore existentibus, ceterisque ad quos spectat, & in futurum spectabit, perpetuo inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quosvis alios quacumque potestate fungentes, & functuros, in quavis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam

Decretum irri
tans.

Executores deputati.

quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Quocirca Venerabili Fratri Episcopo Assisensi per eandem presentes committimus, & mandamus, ut presentes, & in eis contenta huiusmodi, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum praedictorum fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens, faciat praemissa huiusmodi ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, exacte, & inviolabiliter observari; contraditores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogat Constat.

§. 7. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii VIII. de una, & in Concilio Generalibus de duabus dietis, ac Nicolai IV., & V., aliorumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam conciliaribus, necnon quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo jure quaesito, ac Ordinis, & Conventuum praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis ejusdem Ordinis, Conventibus, Fratribus, & quibuslibet aliis sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si super illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimeretur, & infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 22. Martii 1643. An. XX.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 22. Martii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

Annulatio Capituli Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum Genuae celebrati, & convocatio Capituli generalissimi ejusdem Ordinis in Urbe pro Anno 1644.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Cum inter Christianifideles, praesertim Regulares Dei obsequiis sub suavi religionis iugo mancipatos, dissidia, & contentiones, nisi cito earum origo, & causa amputentur, ingentia mala gignere soleant.

Exordium.

§. 1. Idcirco mensibus praeteritis statim, atque Nobis innotuit, quod in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Praedicatorum in Monasterio S. Dominici Civitatis Januae, pro die 26. Octobris proxime praeteriti convocato, & inibi celebrato, fuerat die antecedenti, scilicet die 25. ejusdem mensis Octobris facta amotio, seu depositio dilecti filii Nicolai Rodulphi Magistri Generalis ejusdem Ordinis, dieque sequenti ibidem unus, & successive die 30. praedicti mensis Octobris in Conventu loci de Corniliano ejusdem Ordinis per tria circiter miliaria ab eadem Civitate Januensi distante, alter in Magistrum Generalem praedicti Ordinis respective electi fuerant, ita quod de facto a diversis praetendebatur in futuram praedicti Ordinis extare tres Magistros Generales.

Motiva huius Concl.

§. 2. Propterea ad majora detrimenta, & scandala evitanda iustissimum nedum in Monasterio B. Mariae supra Minervam de Urbe, & alibi nihil innovari, donec a Nobis controversia desuper terminata essent, sed etiam illas omnes, praetensasque nullitates omnium gestorum, ac cognitionem, & terminationem illarum ad Nos advocamus, executionemque amotionis, electionum, & aliorum, ut praemittitur, gestorum, sine alicujus praedicti, ac sine retardatione processus incepti contra praedictum Nicolaum Rodulphum suspendimus, Congregationique aliquorum dilectorum filiorum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac etiam aliquorum dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum, per Nos deputatorum, cognitionem, & discussionem, etiam extrajudicialiter faciendas, omnium, & singulorum praemissorum ad Nos referendas, commissimus cum facultatibus necessariis, & opportunis, & aliis prout in diversis nostris Literis in simili forma Brevis sub Annulo Piscatoris expeditis, sub datum 9., 10., & 20. diebus Novembris, ac die 6. Decembris proxime praeteritorum mensium respective, uberius continetur.

Avocat controversias ad Sedem Apoll.

§. 3. Qui quidem omnes praefati Cardinales, & Praelati saepius auditis omnibus informare volentibus, monitisque personaliter hic Romae eidem Nicolao, & uno praedictorum duorum electorum, alteri autem electo eidem nostris Literis personaliter

Declaratio nullitatis Capituli.

liter Januae intimatis, ceteris vero interesse habentibus, vel pretendentibus, per proclama generale citatis, servatisque juxta formam a Nobis praescriptam servandis, visisque omnibus deductis, & allegatis voce, & scriptis, illisque ad plenum, discussis in quamplurimum sessionibus, cum opportunam, & necessariam Nobis desuper relationem fecissent, Nos huiusmodi relatione audita juxta ejus seriem, Motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine depositionem, amotionem, seu ablationem praedicti Nicolai a magisterio generali dicti Ordinis factam in praedicto Capitulo generali fuisse, & esse, nullam, & invalidam, ac nullius roboris, & momenti, nulliterque, & invalide factam, proindeque electiones factas de Magistro generali ejusdem Ordinis, tam in Civitate Januae, quam in praedicto loco de Corniliano fuisse, & esse nullas, & invalidas, nulliterque, & invalide factas, & quaecumque exinde sequuta inidem fuisse nulla, & invalida decrevimus, & declaravimus, eisdemque duobus, sic utrobique electis, & aliis quibuscumque super omnibus, & singulis praemissis perpetuum silentium imposuimus, ac aliis duobus electis, & eorum cuilibet inhibuimus, & interdiximus ne auderent, nec quilibet ipsorum auderet se in gubernio, & administratione Magistro generali dicti Ordinis competente, illiusque exercitio quomodolibet ingerere, nec se Magistros generales nominare, nec ullos actus superioritatis, jurisdictionis, antelationis, prerogativa, facultatis, & praeminentiae Magistri generalis ejusdem Ordinis, tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia, & alia, quocumque modo facere, aut exercere, sub excommunicationis majoris, privationisque vocis activae, & passivae, ac officiorum quorumcumque, & perpetuae inhabilitatis ad illa impostum obtinenda, eo ipso, absque alia declaratione incurrendis, aliisque arbitrio nostro imponendis, & ampliandis, etiam personalibus poenis, & aliis, prout in aliis literis nostris in simili forma Brevis sub Datum, die 20. mensis Martii proxime praeteriti plenius continetur.

Indicitur Capitulum generalissimum pro die Pentecostes Anno 1644.

§. 4. Ne autem stante annullatione electionum praedictarum, ac suspensione ejusdem Nicolai ab exercitio regiminis, & administratione officii, Ordo huiusmodi exercitio regiminis, & administratione Magistri generalis diutius careat, Nos ut praedicto Ordini, unde tam uberes in Catholica Ecclesia fructus, totque viri doctrina, & sanctitate insignes prodire, & quem paterno affectu prosequimur, quantum cum Domino possumus, consulamus, etiam de voto eorumdem S. R. E. Cardinalium, & Praelatorum praedictorum, nedum Capitulum generalissimum ejusdem Ordinis in Urbe, ac Monasterio B. Mariae supra Minervam celebrandum convocare, sed etiam causam praetensorum Nicolai praedicti excessuum inceptam a Judicibus, quibus illam

commiseramus, avocare, illamque in statu, & terminis, in quibus reperitur, avocata eidem Capitulo generalissimo, ut praemittitur in Urbe celebrando, committere decrevimus. Quocirca motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus harum serie dilectis filiis Prioribus, Provincialibus Provinciarum dicti Ordinis, omnibusque aliis, qui juxta formam Constitutionum ejusdem Ordinis a Sede Apostolica confirmatarum ad Capitulum generalissimum convocandi sunt, per Universum Orbem diffusis, Capitulum generalissimum in Urbe, & Monasterio S. Mariae supra Minervam praedictis in Festo Pentecostes futuri anni 1644. itaut auctoritas Capitularium incipiat in Vigilia ejusdem Festivitatis, omnino celebrandum ad quaecumque effectum Ordini praedicto magis proficuum, opportunum, & necessarium, etiam individua, & speciali notum dignum indicimus, & annunciamus, eisdemque Provinciales, omnesque alios, & singulos, qui juxta earundem Constitutionum formam in praedicto Capitulo intervenire debent, convocamus, ac ut personaliter accedant, districte praecipiendo monemus, ita quod iidem Piores, Provinciales, & alii praedicti locum Capituli Dominica infra Octavam Ascensionis, vel Sabbato praecedenti intrare teneantur. Injungentes propterea eisdem Prioribus, Provincialibus, Definitoribus, & quibuscumque aliis praedictis in virtute sanctae obedientiae, ut praefixo tempore huc se conferant cum iis, qui ad Capitulum Generalissimum ex vi earundem Constitutionum accedere debent, itaut tres vocales ex unaquaque Provinciarum huiusmodi compareant, & vocem habeant, Praecipientes, ut nullus alius ad praedictum Capitulum sine nostra licentia accedat praeter praedictos, & alios, qui ad praescriptum praedictarum Constitutionum occasione celebrationis praedicti Capituli Generalissimi accedere possunt, ac debent.

Remittitur controversia Capituli Generalissimo terminanda.

§. 5. Interim vero volumus, ut dicti Piores, Provinciales in omnibus Conventibus publicas supplicationes ad Deum pro felici ejusdem Capituli directione, & incolumitate Fratrum ad illud confluentium fieri curent, moneantque omnes suos subditos, ut ipsis Prioribus Provincialibus, & Sociis juxta praedictas Constitutiones electis, aliisque praedictis ea omnia, quae judicaverint, tam pro bono Ordinis huiusmodi in communi, quam pro suis Provinciis, & Conventibus, in dicto Capitulo proponenda in scriptis exhibeant: dicti vero Piores Provinciales, & reliqui omnes, ad quos spectat, exactam relationem status Provinciarum, & earum Conventuum juxta earundem Constitutionum dispositionem afferant. Praeterea, ut quantocius pro ejusdem Ordinis bono dissidia, & controversiae Fratrum praedictarum, & Ordo ipse optata tranquillitati, atque unitati restituatur, causam praetensorum dicti Nicolai Magistri generalis excessuum, ut praefertur,

fertur, inceptam a iudicibus, quibus illam commissimus, in statu, & terminis, in quibus ad presens reperitur, tenore presentium avocamus, firma in omnibus, & quoad omnia manente suspensione eiusdem Nicolai ab exercitio regiminis, & administratione officii Magistri Generalis facta, donec causa huiusmodi per Capitulum Generalissimum, ut infra, debito sine terminata fuerit, necnon etiam administratione, & gubernio dicti Ordinis a Nobis commissio dilecto filio nostro Antonio Cardinali Barberino illius Protectori, seu dilecto filio nostro Hieronymo Cardinali Verospio respective nuncupatis Comproteктору, quibus suspensione, & commissione per presentes non intendimus in aliquo praedicare, prout in antedictis nostris Literis in simili forma Brevis, sub datum die 20. praedicti mensis Martii expeditis plenius continetur, illamque sic avocatum eidem Capitulo Generalissimo per presentes convocato, & ut praemittitur celebrando, cum omnibus, & singulis suis connexis, annexis, dependentibus, & emergentibus, ac toto negotio principali cognoscendam, ac iuxta formam earundem Constitutionum Ordinis praedicti, etiam non perfecto processu iam incepto, ac etiam non servata aliqua tela iudicialia, sed summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, ad formam tamen Constitutionum praedictarum, sola facti veritate inspecta terminandam, omni, & quacumque appellatione, recurso, nullitate etiam ex defectu iurisdictionis, in integrum restitutione, aliisque iuris, ac praedictarum Constitutionum Ordinis remediis penitus, & omnino remotis committimus cum omnibus, & singulis facultatibus necessariis, & opportunis, itaut idem Capitulum Generalissimum ad relaxationem, suspensionis praedictae, & ad liberationem praedicti Nicolai Magistri Generalis, vel ad correctionem, & emendationem, aut etiam ad amotionem, seu depositionem eiusdem ab officio Magisterii Generalis, ipso tamen prius ad normam dictarum Constitutionum audito, ac monito, & subinde ad electionem alterius Magistri Ordinis, etiam absque alia Congregatione Capituli, vel citatione, monitione, vel intimatione aliorum quorumcumque interesse habentium, seu quomodolibet habere praetendentium possit, & debeat procedere, prout relaxationi, & liberationi, vel correctioni, & emendationi, aut amotioni, seu depositioni, & electioni respective locus erit ad earundem Constitutionum praescriptum.

§.6. Cum declaratione quod illi ex convocatis, qui non comparuerint, sive alias non accedent, habebuntur pro contumacibus, & nihilominus sine illis tempore praedicto celebrabitur Capitulum, & in eo expedientur omnia, & singula praemissa, & alia, quae erunt necessaria, & opportuna. Decernentes praedictas literas etiam ex eo quod dictus Nicolaus Magister Generalis,

Claufulas necessarias pro praesentibus Literis ad unum similem addit.

ac duo electi praedicti, & alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, vel auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, vel nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis quomodolibet substantiali defectu notari, redargui, & impugnari, vel adversus eas apertitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque iuris, & facti, vel gratiae remedium impetrari, seu impetrato quempiam in iudicio, vel extra illud uti posse; sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus praedictis nostris literis, ac fel. record. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis Universalibus editis, necnon Constitutionibus, & Ordinationibus praedicti Ordinis, & Provincialium huiusmodi statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eiusdem Ordini, Nicolao Magistro Generali, & duobus electis praedictis, ceterisque Fratribus, & personis huiusmodi sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, vel aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & ex-

Contrariis derogat.

Transumptis credi iubet.

tra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si foret exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 8. Apr. 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

DCCXLVII.

Facultas Congregationi Cassinensi conceditur imponendi Censuram super bonis usque ad summam scutorum ducentorum quinquaginta millium.

De huiusmodi materia lege Const. 336. Exponi fol. 102., & Const. 571. Alias, fol. 140.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Referat Literas quibus facultatem concesserat alienandi bona pro summa auro 200000.

Alia a Nobis emanarunt literae tenoris subsequentes, videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis Monachorum Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti, praedictae Congregationis, illiusque regiminis nomine, quod ob malas temporum conditiones, damna, detrimenta, atque incommoda per eandem Congregationem accepta ratione bellorum, incursum militum, & destructionis aedificiorum in bonis eiusdem Congregationis, necnon rapinas, ablationesque animalium, aliasque extraordinarias calamitates, quae bona ex parte eiusdem Congregationis praedia inculta reddiderunt, necnon graves solutiones, quae pro summa quadraginta triu circiter millium scutorum quotannis per dictum Procuratorem sunt, ratione diversorum subsidiorum Sedis Apostolicae, Monasteria huiusmodi fuit in similibus suorum reddituum ad praesens sunt adeo oppressa, ut illorum nonnulla jam ruinis everfa, & se sublevare impotentia reddita sint, aliis vero eadem ruina impendeat, nisi illis de opportuno subventionis auxilio per Nos provideatur, prout alias per Romanos Pontifices Praedecessores nostros Monasteriis huiusmodi fuit in similibus occasionibus provisum, & praesertim per Pium V., qui similes, & forsitan minus urgentes ob causas per quasdam suas sub die 19. Martii 1570. duodecim Congregationibus Regularium tunc expressis bona stabilia pro summa quadringentorum millium scutorum auri, quorum centum, & triginta millia dictae Congregationi Cassinensi pro sua rata obtigerunt; & postmodum quia summa huiusmodi non sufficiebat, per alias suas sub die 5. Octobris 1571. in simili forma Brevis respective expeditas literas eidem Congregat. Cassinensi bona stabilia per alia summa quinquaginta millia scutorum aureorum vendendi facultatem respective concessit, eoque modo damnis, & periculis Monasterii dictae Congregationis tunc temporis imminentibus opportune occursum fuisse, eademque Monasteria notabilem exinde subventionem percepisse, experientia compertum est: Nobis propterea dictus Procurator, quo supra, nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & alias, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

gregationis tunc temporis imminentibus opportune occursum fuisse, eademque Monasteria notabilem exinde subventionem percepisse, experientia compertum est: Nobis propterea dictus Procurator, quo supra, nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & alias, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur dictae Congregationis, & illius Monasteriorum indemnitati, quantum cum Domino possumus, consulere, eaque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, necnon praedictarum dicti Pii V. Praedecessoris literarum tenores praesentibus pro expressis habentes, Abbatibus Monasteriorum dictae Congregationis, quae praedictis, & aliis majoribus necessitatibus ad praesens gravata reperiuntur, ut, cum approbatione tamen dilecti filii nostri Francisci S. Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, S. R. E. Vicecancellarii, nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis, ac praedictae Congregationis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, ac licentia Regiminis dictae Congregationis, ea praedictae Congregationis bona stabilia, quae pro liberanda ab aere alieno Congregatione praedicta, restorationibusque necessariis, & utilitatibus in eis bonis faciendis magis opportuna fuerint iudicata, usque ad summam in totum ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monetae, quibusvis personis meliorem conditionem offerentibus, servatisque modis, & formis in praedictis Pii V. Praedecessoris nostri Literis contentis, & iuxta illarum tenores, & continentias vendere, distrahere, atque alienare, sive in emphyteusim dare, necnon census annuos super ipsius Congregationis bonis stabilibus de licentia Sedis Apostolicae impositos, cum pecuniis ad minorem rationem pro quolibet centenario, & anno, sive minori interursorio obnoxii, super eodem fundo accipiendis, & cum conditionibus in priori Instrumento apposis redimere: ita tamen, ut praesentes alii eiusdem Congregationis Monasteriis minime suffragentur, quam iis dumtaxat, quae ad onerum per Sedem Apostolicam impositorum debitam solutionem integre concurrerunt, & concurrunt, libere, & licite possint, & valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus fel. record. Pauli Papae II. etiam Praedecessoris nostri de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasteriorum praedi-

B b b

Quae quidem
Litterae datae
sunt anno
1637.

Alia quoque
recenset Litterae,
quibus datur
etiam si
eiglas census
imponendi super
bonis Congreg.
ad maius
interfusio redimendum.

praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque omnibus, quae dictus Pius V. Praedecessor noster in praedictis suis literis voluit non obstare, ac aliis contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19 Junii 1637. Pontificatus nostri Anno decimo quarto.

§.2. Cum autem, sicut idem Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, a quamplurimis, praesertim vero a census super bonis ejusdem Congreg. juxta praesentiarum literarum tenorem imponendis emere volentibus dubitetur, an pro imponendis censibus hujusmodi dicti Francisci Cardinalis Protectoris hujusmodi approbatio, & regiminis praedicti licentia sint necessariae; Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportuna declaratione nostrae ministerio providere, de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur dictae Congregationis, & illius Monasteriorum indemnitati peramplius consultum esse cupientes, illasque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati. Quod in vim praesentiarum nostrarum Literarum Abbatibus Monasteriorum dictae Congregationis intelligatur, intelligique debeat absque alia licentia, & approbatione concessa facultas super eorum, & dictae Congregationis Monasteriorum bonis stabilibus novos annuos, & redimibiles census juxta formam constitutionis praedicti Pii Praedecessoris imponendi, ad effectum census annuos super illius Congregationis bonis stabilibus alias de Sedis Apostolicae licentia impositos, cum pecuniis novorum censuum hujusmodi ad minorem tamen rationem pro quolibet centenario, & anno, sive minori interfusio obnoxiiis, super certo fundo, & non alias accipiendis, servata in reliquis earundem literarum forma redimendi, apostolica auctoritate, tenore praesentium decernimus, & declaramus. Non obstantibus fel. recor. Pauli Papae II. etiam Praedecessoris nostri de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasteriorum praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque omnibus, quae dictus Pius Praedecessor voluit in praedictis suis, & Nos in nostris volumus non obstare, ceterisque

contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut novorum censuum hujusmodi impositio, & veterum extinctio unico contextu fiant, vel saltem pecuniae ex nova impositione hujusmodi provenientes penes Montem Pietatis, aut personam fidei, & facultatibus idoneam deponantur, hinc non amovende, nisi ad effectum extinctionis praedictae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1638. Pontificatus nostri Anno Decimosexto.

§.3. Cum autem, sicut dilectus filius Gregorius a Parma Abbas, & modernus Procurator Generalis dictae Congregationis Nobis nuper exponi fecit, non reperiantur in promptu, qui bona dictae Congregationis emant, nisi cum illius detrimento, Nobis propterea idem exponens dictae Congregationis, illiusque Regiminis nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur ejusdem Congregationis, & illius Monasteriorum praedictorum indemnitati peramplius consulere, eaque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praefatis Monasteriorum dictae Congregationis Abbatibus, quod ipsi in vim praesentiarum nostrarum Literarum hujusmodi, quas ad effectum infra scriptum valere, & pariter sufficere declaramus, de consensu ejusdem Francisci Cardinalis Protectoris, unum, seu plures annuos, & redimibiles census usque ad praefatam ducentorum quinquaginta millium scutorum summam hujusmodi in eorum sorte principali ascendentes, loco bonorum stabilium, quae juxta easdem praesentias literas vendi posse, ut praefertur, concessum fuit, super Monasteriorum eorumdem, Abbatum, dictae Congregationis bonis stabilibus ubilibet existentibus imponere, illumque, vel illos sic impositos uni, seu pluribus personis meliorem conditionem offerentibus, servata ejusdem Pii Praedecessoris Constitutionis, & praesentiarum nostrarum Literarum forma, vendere, & alienare, ac pecunias inde provenientes in usus, & necessitates supra expressas, ac alias insuper, ut Montis Cameralibus satisfiat, convertere, & erogare, ac pro emptoris, seu emptorum censuum hujusmodi, necnon fidejussoris, seu fidejussorum per eosdem Abbates forsan praesentiarum securitate, relevatione, & indemnitate, ultra bona, super quibus census hujusmodi impositi fuerint, alia omnia, & singula dictorum Monasteriorum, & Congregationis hujusmodi bona mobilia, & immo-

Quae datae fuerant an. 1638.

Causas recenset nova concessio.

Concessio, de qua in Rubr.

Derogat contrariis.

Datum die 15. Aprilis 1643. An. XX.

Ex Regis. in Secret. Breve.

Archiepisc. Valentini Clero licentiam concessit contribuendi in casu, de quo in Rubr.

immobilia, etiam in ampliori forma Camerae Apostolicae obligare, & hypothecare, ac super his unum, seu plura instrumenta cum renunciationibus, vinculis, clausulis, & decretis in similibus apponi solitis, celebrare, seu celebrari, aliaque omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, & exequi libere, & licite possint, & valeant, apostolica auctoritate, tenore praesentium concedimus, & indulgemus, necnon emptorem, seu emptores censuum hujusmodi ad probandum, seu verificandum in quos usus pretium ipsorum censuum concurrerit fuerit, minime teneri, nec obligatos existere; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus praefatis Pauli, & Pii Praedecessoris hujusmodi, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod pecuniae ex impositione, & venditione censuum hujusmodi provenientes unico contextu in usus, & necessitates in eisdem praesentis, & praesentibus Literis expressas convertantur, vel saltem penes Montem Pietatis, aut personam fidei, & facultatibus idoneam deponantur, inde non amovende, nisi ad effectum illas, ut petitur, convertendi, quodque census praefati infra tempus ab eodem Francisco Cardinale Protectore praesigendum sub excommunicationis poena per eos, ad quos spectabit, eo ipso incurrenda, extingui, & redimi omnino debeant.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 15. Aprilis 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

DCCXLVIII.

Licentia Ecclesiasticis Regni Valentiae concurrenti cum laicis per duos menses in contributione pro duobus Militum millibus.

Ven. Fratri Archiepiscopo Valentini.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum trium statuum, seu stabilimentorum, Ecclesiastici, Militaris, & Realis universi Regni Valentiae Nobis expositum fuit, quod Regnum praedictum pro sui in praesentibus bellorum in ejus confinibus vigentium motibus defensione charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico duo Militum Millia suis Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

sumptibus conscribere, & spatio duorum mensium manutenere obtulit. Et quia ad praemissa hujusmodi facultates laicorum non suppetebant, urgentique necessitas non ferebat dilationem temporis, quo ad Nos recursum haberetur, tu praevio Cleri ejusdem Regni consensu licentiam personis ecclesiasticis dicti Regni contribuendi prorata in conscriptione, & manutentione praedictorum duorum millium Militum pro duobus mensibus dumtaxat, cum hoc, ut infra annum inde proximum licentia hujusmodi confirmatio Nobis, & Apostolica Sede obtineri deberet, & alias sub certis modo, & forma in tuo decreto die 3. Octobris 1642. desuper emanato expressis concessisti.

§.2. Quapropter exponentes praedicti licentiam, & decretum hujusmodi apostolicae nostrae confirmationis robore communiri, ac insuper summam quindecim millium scutorum monetae collectam ex contributione, quae pro muniendis adversus fluminis inundationem Civitatis Valentini menibus quot annis continuate solvitur, & ad quam personae ecclesiasticae, & exemptae dictae Civitatis vigore licentiae per fel. rec. Clementem PP. VIII. Praedecessorem nostrum eis concessa, ea lege, ne pecuniae ex tali impositione collectae in alios usus convertantur, concurrunt, pro expensis manutentionis eorumdem duorum millium Militum, hac vice dumtaxat applicare posse summopere cupientes, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis apostolicae nostrae auctoritatis partes interponere, de benignitate apostolica dignemur.

§.3. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex voto particularis Congregationis nonnullorum Romanae Curiae Praelatorum a Nobis desuper deputatae Fraternalitati tuae per praesentes committimus, & mandamus, ut constituto tibi de narratis, & stante consensu Cleri praedicti, quodque Laicorum facultates ad praemissa non suppetunt, ut praefertur, licentiam personis ecclesiasticis concurrenti cum laicis in contributione pro conscriptione, & manutentione praedictorum duorum millium Militum per te concessam, ut praefertur, ac tuum desuper emanatum decretum duobus mensibus dumtaxat, quibus exactis licentia praedicta, ac praesens gratia cesset, & expiret eo ipso, auctoritate nostra apostolica confirmes, approbes, & convalides, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adicias, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti

Status Valentiae peti. hanc licentiam a Apostolica Sede confirmati.

Confirmatio Pontificis.

Facultatem ad id ejus Valentini Archiepiscopo tribuit.